Berchorius, Petrus: Liber Bibliae moralis
[Cologne]: Bartholomaeus de Unkel, 17 Mar. 1477, 1477 Seite 255



videt istū fizarā·i·paupem sitire
idest bonis tpalibꝫ indigē· solꝫ
eū in tabernaculū domus sue se-
crete introducē et vtrē lactis ·i·
archam sue auaricie apire Et da
to ꝙ nō petat nisi aquā·i·aliq̄d
modicū ꝑ tpe trāseundo ipse tn̄
largiflue lac bonoꝝ suoꝝ scꝫ bla
dū vel pecuniā solet sibi ad vsu-
rā ꝯcedere et eū ad tps satiare et
sompnū delectacionis et ꝯplacē
cie in ipso gnare· Quia ꝑ certo
isti vsurarij etiā plus ꝙ̄ homo i-
digeat liberaliter tribuūt qn̄ sibi
bonā hereditatē sentiūt· Exodi
xxxvi· Plus offert ꝑplūs ꝙ̄ ne-
cesse sit Sed quid est· Pro certo
dū dormit·i·dū nō aduertit· cō
tra eū solet insurgē ⁊ malleū sue
crudelitatis in ipsū inuehē et cla
uo crudelis punicionis et vsura
rie capacitatis ipsū trāsfigē·⁊ p
exhereditacionē ipsū mortuū et
depaupatū ⁊ ad terrā·i·ad mise
riā ꝯfossum et infixū dimittere
et abire pū·xvi· Vir iniquus la-
ctat amicū suū: et ducit eū p viā
nō bonā Vel dic ꝙ talis muli
er est blandus adulator vel ma-
lus cōsiliari⁹ seu fautor qui re-
uera fizare principi milicie regis
iabin·i· mūdi pncipibꝫ et supi-
oribꝫ lac pro aqua·i·dulcedinē
adulacionis pro veritate offert
Et sic dū eos in malis dormire
et delectari faciūt ipsos spūalit
interficiūt et clauis diuersoꝝ vi
cioꝝ trāsfigūt· Judicū v· Aquā
petenti lac dedit: atqꝫ in phiala
pncipū obtulit butirū Vel dic
ꝙ talis mulier est dyabolus vel
caro vel mala mulier sed de hoc
vide supra libro xij· capitulo de
aspide·

Delbora ꝑphetissa cum
barach ad pliū misisset
cōtra fizarā procedētem
multi de filijs isrl̄ cū eo nō fuerūt
qua propt̄ istos hic i suo carmi
ne repbendit·et isti fuerūt rubē
qui inter duos termīos hitans
gregū sibulos audiebat Galaad
qui trāsiordanē quiescebat·⁊ dā
qui in nauibꝫ vacabat·et aser q̄
in portibꝫ morabat̄ et litorē ma
ris habitabat·E cōtra v̄o aliqui
cum eo ad pliū accesserūt Et iō
ꝯmendat̄ ysachar cui⁹ pncipes
fuerūt cum delbora et zabulon ⁊
neptalim qui aīas suas dederūt
discrimini Et sicut hic dicit̄·De
celo dimicatū est pro istis·et stel
le manentes in ordine et cursu
suo·aduersus fizarā pugnauerūt
Sic vero multi sūt hodie qui
cum prophetissa·i·cū sanctis p
sonis nō curāt ꝯtra fizarā·i·cōtra
hostes spūales pugnare·et po-
tissime tales sūt quatuor gnā p-
sonarū Prim⁹ istoꝝ ē ruben vi-
dens p mediū·qui significat sub
tiles clericos et aduocatos Qui
cum astute quid sit faciendum
videant ipsi tamē ad bella cōtra
vicia nō properāt·sed iter duos
terminos scꝫ deliciarū et bono-
rū habitant·sibulos gregum id
est verba adulatorum et voces

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-260/0255
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG